Fragmentarium

MS 481. 51. fol. 1r

CANITE TUBA IN SYON uocate gentes annuntiate populis et dicite a.
ecce deus saluator noster ad ueniet. V Annunciate in finibus
terre et in insulis que procul sunt dicite. Ecce d(eu)s.
Vicesima quarta die decimi mensis ieiunabitis dicit dominus yc.
et mittam uobis saluatorem et propugnatorem pro uobis qui uos pre
cedat et introducat in terram quam iuraui patribus
uestris. V Ego sum d(omi)n(u)s deus uester qui eduxi uos de terra egypti. Int.
Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius donec ueniat e.
qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium. V Pulchriores
sunt oculi eius uino et dentes eius lacte candidiores. Et ipse.
Me oportet minui illum autem crescere qui post me uenit ante i.
me factus est cuius non sum dignus corrigiam calciamenti
eius soluere. V Hoc est testimonium quod phibuit iohannes. Qui p(ost). l. u. ii.
Ecce iam uenit plenitudo temporis in quo V Bethlehem non. vb
misit deus filium suum in terris natum de uirgine factum sub lege
ut eos qui sub lege erant redimeret. V Prope est ut ueniat tempus
eius et dies eius non elongabuntur. Ut eos qui sub lege erant red.
Virgo israhel reuertere in ciuitates tuas usquequo dolens auerteris gene ω.
rabis dominum saluatorem oblationem nouam in terra ambulabunt ho
mines in saluationem. V A solis ortu. Ambul. tur. V A solis ortu. Et est
Iuraui dicit dominus ut ultra iam non irascar super terram montes enim ω.
et colles suscipient iustitiam meam et testamentum pacis erit in hie
rusalem. V Iuxta est salus mea ut ueniat et iustitia mea ut reuele
Non discedimus a te uiuificabis nos domine et nomen tuum in ω.
uocabimus ostende nobis faciem tuam et salui erimus.
Domine deus uirtutum conuerte nos. Ostende nobis faciem tuam E.

License: cc-by – [sine loco], codices restituti, , 1r – Gottschalk Antiphonal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-75ud/864/12977)